

7

OPERA HROSVITE ILLUSTRIS VIR-  
GINIS ET MONIALIS GERMANE GEN-  
TESAXONICA ORTENVPERA CONRA-  
DOCELTEINVENTA.

In hoc libro hæc continentur.

Comedie sex in emulationem Therencii  
Prima Gallicanus.  
Secunda Dulcicius.  
Tercia Callimachus  
Quarta Abraham.  
Quinta Passnucius  
Sexta Fides & Spes.

Octo sacrae hystorie uersu hexa. & petha.

Hystoria beate Marie uirginis  
Hystoria Resurrectionis domini  
Hystoria & uita sancti gurgolfi  
Hystoria sancti Pelagii  
Hystoria conuersionis sancti Theophili  
Hystoria Proterii & sancti Basili  
Hystoria passionis sancti dyonisi  
Hystoria passionis sancte agnetis.

Panegiricus uersu hexametro in laude &  
gesta Oddonis magni primi in germania  
impatoris



62557 a



*Branda 1815*







**Ad Fridericum Illustrissimū Saxoniae ducem & Rhomani imperii electorē Conradi Celtis in opera Rhosuiithæ monialis & uirginis Germanicæ prefacio & epistola Incipit.**

**D**ifficili & longa peregrinatiōe nō sine peculii mei & prospere ualitudinis iactura princeps Illustrissime germanie nostræ fines & eius interiora quæ tu: germanusq; tuus Madburgensis Archiepiscopus & germanie primas longe lateq; possidetis plustravi. **E**uq; laborē & itinerū pericula libēs semp & hilari animo subii: ut antiquos & nondum impressos inquirerē codices & si quos in hercinia silua. alpibus. obnobiisq; mōtib; & uastis germanie solitudinibus paludibus etiā in monasteriis & cenobiis druidarū locupletissime a nostris imperatoribus & ducibus fundatis inuenissem: nostrorū seculorū fœlicitate p̄ impressoriā artē a nostris hominibus inuentā in lucē proferrē. **A**d quā rem multæ sane & honestæ causæ me impulerant. **N**ec uaniloquētia aliquorū maledicorū & detractorū merorū me ab incepto deterrere potuerat: **Q**ui dū in alio uiderint quod impar suis uiribus uel quod illi sua ignauia & ob insitā ingenii & inercia hebetudinē & tarditatē attingere nequeūt. **M**ox aliene uirtuti cui nihil inuiū & inaccessum est obloquunt & obstrepūt: sacrilegiiq; eos insimulāt qui uetustos codices & quicquid librā sub **C**onstātinis **K**arolis & **A**rnulphis **F**ridericis & **C**onradis & **O**donibus clarissimis & religiosissimis impatoribus in germaniā illatū: aut apud nos natū cōspexerint: græcaq; & rhomana illa prisco caractere cōscripta legere nō poterint. **Q**uibus ego benigne admodū respōdeo. pulcerrimū esse hominē germano & laudi toti germanice nationi: si quis amore librā & patriæ peregrinatōes susceperit & quæcūq; exēplaria uetera græca aut latina: dono: cōmutatiōne: uel mutuo aut numerata pecunia conquirere possit. **I**llaq; impressioni mandare. **E**t dum illa impressa aut trāscripta fuerint cū usura & ut ita dicā postliminio acceptis induuiis iu loca sua & cenobia reuertant. **Q**uo circa dū uidissem multa preclara & illustria exēplaria tāquā ægregia & optima quedā de nobis spolia ab Italis e germania in italiā delata ibiq; impressa. **C**ogitabā ego ad me hominē in media germania & hercinia natū: & qui primus inter germanos librārum ornāmēta & insignia ac imperialē laurū a cæsare: tuo princeps illustrissime **F**ridericæ ductu & monitu: accepissem: successione & hereditatis iure spectare debere: ut latētes in obscuro codices uelut uenator egregius elicerē. **G**ermanisq; meis tanquā opipera quedā offerre: quibus illi ueterū nostrorū patrū & p̄genitorū circa librās & religionē christianā nostrā diligētia & iuges labores uiderēt & intelligerēt: **C**ōmiseratōe q̄dā ductus & priscorū germanorū laboribus mirū immodū cōpaciēs: ut quæ illi magnis impensis & uigiliis: dū ante annos septingētos **R**homanas librās: prius enī græcis usi fuimus: cū religione christiana suscepimus scripissēt. **I**lla iam seculorū nostrorū ignauia & incuria: dū speciosa uicia sequimur: a cœli iniuria puluere p̄ librā studiis situ & carie & ut cū gemitu dicā a blaptis etiā nō satis tuta essent. **A**ccessit mira mihi quedā historiarū germanicarū uicinarūq; nobis nationū cupido. **U**t si quos inuenissem de regibus & impatoribus nostris codices aut illorum clare gesta aut dicta ab externis uel nostraciis librīs mādata: illos ī lucē ederē aut ad Illustratā nostrā germaniā que in







**H**rosuithæ illustris mulieris germanæ. gente saxonica  
ortæ in sex comedias suas prefatio Incipit fœliciter.

**P**ures inueniuntur catholici: cuius nos penitus expurgare nequi-  
uimus facti: qui pro cultioris faciendâ sermonis: gentiliu uanitate li-  
broru utilitati preferunt sacraru scripturarû. Sunt etiã alii sacris in-  
heretes paginis: qui licet alia gentiliu spernant: Therëcii tamẽ fig-  
menta: frequẽtius lectitãt: & dũ dulcedine sermonis delectantur: nefanda um-  
noticia reru maculantur. Vnde ego clamor ualidus gandes hemesis: nõ recusa-  
ui illu imitari dictãdo: quẽ alii colunt legẽdo: quo eodẽ dictatiõis genere: quo  
turpia lasciuaru icesta feiaru recitabãt: laudabilis sacraru castionia uirginu  
iuxta mei facultatẽ ingenioli celebraret. Hoc tamẽ facit nõ raro uerecũdari:  
grauiq; rubore pfundi: q; huiusmodi specie dictatiõis cogẽte: detestabilẽ illi-  
cite amãtiũ demenciã: & male dulcia colloquia eoru: que nec nostro auditui  
pmittuntur accomodari dictãdo mente tractaui: & stili officio designaui. Sed si  
hæc erubescẽdo negligere: nec pposito satisfacere: nec innocentiu laudẽ adeo  
plene iuxta meũ posse exponere: quia quãto blãdiciã amentiu ad illiciendũ  
promptiores: tãto & supni adiutoris gloria sublimior: & triũphãtiũ uictoria  
pbat gloriosior: presertim cũ feminea fragilitas uinceret: & uirilis robur cõ-  
fusione subiaceret. Nõ enĩ dubito mihi ab aliquibus obici: q; huius uilitas di-  
ctationis: multo inferior: multo cõtractior: penitusq; dissimilis eius: quẽ pro-  
ponebã imitari eoru cõcedo sententiis: Ipsis tamẽ denũcio: me in hoc iure re-  
prehendi nõ posse quasi his uellẽ abusiue assimilari: q; mei inercia longe pre-  
cesserunt in sciẽtia sublimiori. Nec enĩ tantã sum iactãciã ut uel extremis me  
presumã cõferre auctoru alumnis: sed hoc solũ nitor: ut licet nullatenus ualeã  
apte. supplici tamẽ mẽtis deuotiõẽ acceptũ i datorẽ retorqueã ingeniũ. Vdeo  
q; nõ sum adeo amatrix mei ut pro uitãda reprehensiõẽ christi: qui in sanctis  
opãt uirtutẽ quocũq; ipse dabit posse cessẽm predicare. Si enĩ alicui placet  
mea deuotio: gaudebo. Si autẽ uel pro mei abiectiõẽ uel pro uiciosi sermonis  
rusticitate nulli placet: memetipsam tamẽ iuuat quod feci: quia dũ pprii uili-  
tatẽ laboris i aliis meã insciẽtiã opusculis heroico ligatã strophio in hac dra-  
gmatica iũctura serie colo: pniciosas gentiliu delicias abstinẽdo deuito.

**E**pistola eiusdẽ ad quosdã sapiẽtes huius libri fau-  
tores & emẽdatores priusquã libros suos ederet.

**P**lene sciis & bene moratis: nec alieno pfectui inuidẽtibus sed ut de-  
cet uere sapientes cõgratulantibus Hrosuith nesciola nullaq; probi-  
tate ydonea: presens ualere & perpes gaudere. Westrã igit laudãdã  
humilitatis magnitudinẽ satis admirari nequeo magnificeq; circa mei utilita-  
tem benignitatis atq; dilectiõis plenitudinẽ. condignaru recõpensatiõẽ grã-  
rum remetiri non sufficio. quia cũ philosophicis apprime studiis enutriti: &  
sciẽcia lõge excellẽcius sitis pfecti. mei opusculũ uilis mulierculã urã admira-  
tione dignũ duxistis & largitorẽ in me opantis gratie: fraterno affectu gratu-  
lãtes laudastis. arbitrãtes mihi inesse aliquãtulã sciẽtiã artiũ. quarũ subtili-  
tas lõge preterit mei mulibre ingeniũ. Deniq; rusticitatem meã dictaciũculã



## HYSTORIA.

Iussus cum iuramento religat sibi firmo :  
Ad patris obsequiū populum digne moderādū :  
Oddo secundo Italiā petit & coronat in impatorē  
Iis bene dispositis summo cū fœdere pacis  
h Ardens absentis faciem meruisse parentis :  
Coniugis & charæ dulci deuictus amore :  
Ac prolis geminæ longe post terga relictæ :  
Posthabitæ fines patriæ placuit repedare .  
Quo post exilii pondus nimium graue duri  
Postet quandoquidem patriæ captare quietem :  
Vtq; celer morulis hec impleret sine cunctis :  
Non iter optatum pondus tardauerit vllum :  
Collectim patrias iussit premittere gazas .  
Ipsius & faciem turbam precedere totam :  
Quam belli causa secum deduxerat illo .  
Promittens ipsum (vita comitante) futurum  
Ad fines patriæ spaciū post tempora parui .  
Hoc quoq; melliflui verbis signauerat oris :  
In quis castellis : in quis voluitq; locellis :  
Sumptus hospicii dignos sibimet reparari .  
Hac moti fama nostrates desiderata :  
Affectu cordis studebant interioris .  
Omneq; meroris pondus : cunctiq; doloris  
Quod prius absentis causa tulerant senioris :  
Ex animo deponentes communiter omnes :  
Causam læticiæ duxerunt esse supremæ :  
Si post paucorum meruissent ergo dierum :  
Cursus promissi iuxta preconia læti .  
Atq; ferens sceptrum capitis dyademate pulchræ  
Atq; sui cultus omnes regalis amictus :  
Ornatus sed maioris suscepit honoris .  
Augusto summo pariter mox conbenedicta .  
Oddo factus imperator : Berengarium in  
exilium mittit : cū vxore Villa . Papā deponit  
& redierit in Saxoniam : filium infantulum in  
cunis in Regem Aquisgrani creat .  
Actenus Oddonis famosi deniq; regis  
h Gesta (licet tenui musa) cecini modulando .  
Nūc scribenda qdē constāt que fecerat iudē  
Augustus solium retinens in vertice rerum :  
Tangere que vereor . quia fœmineo prohibebor  
Sexu . nec vili debent sermone reuolui :  
Qualiter inuicti duro luctamine belli  
Obtinuit constructa locis castella marinis :



## ODDONVM

**Q**ue Berengarius: coniunx possedit & eius :  
**A**c illum iuramento cogente peracto :  
**M**isit in exilium . misera cum coniuge Villa .  
**Q**ualiter & recti conpunctus acumine zeli:  
**S**ummum pontificem quedā peruersa patrantē  
**E**ius nec monitis dignantem cedere crebris :  
**S**edis apostolicæ fraudari fecit honore .  
**C**onstituens alium rectoris nomine dignum :  
**Q**ualiter & regno tranquilla pace quieto :  
**N**ostrates adiens . illinc iterumq; reuertens .  
**I**psius prolem post illum iam venientem  
**S**cilicet **O**ddonem: nutricis ab vbere regem :  
**A**d fasces **A**ugustalis prouexit honoris .  
**E**xemploq; sui digne fecit benedici .  
**H**ec igitur nostris nequeunt exponier orsis .  
**S**ed querunt seriem longe sibi nobiliorem .  
**H**inc ego tantarum prohibente grauedine rerum:  
**V**ltra non tendo . finem sed prouide pono .  
**P**ost hec incepto ne succumbam male victa :  
**H**iis ita finitis . & summatim replicatis :  
**E**st ingens regis pietas oranda perennis :  
**Q**uo pius Augustum prestat deducere nostrum  
**I**nstantis vitæ tempus fœliciter omne .  
**E**t fultos semper cunctis ad vota secundis :  
**A**ecclesiæ multos custodes seruet in annos .  
**N**obis solamen dantes clementius . Amen .

**U**Finis operum Hrosuithæ clarissimæ virginis  
& monialis . Germanicæ gente Saxonica ortæ  
Impressum Norunbergæ sub Priuilegio So  
dalitatis Celticæ a Senatu Rhomani Imperiū  
impetrato . Anno christi Quingentesimopri  
mo supra Millesimum :

## REGISTRVM OPERIS

A est quinternus b c d e f g h i k omnes q̄terni :

